



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]**

**Fisher, John**

**Coloniæ, 1525**

**VD16 F 1240**

Septimvm Axioma.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30878**

## CONGRESSVS SECVNDVS

**Tertiana** ecclesias institutionē. Vides tertio similibus & ipsos dū presbyteros ordinarent cæremonijs usos fuisse, nēpe manuū impositione, precationibusq; & ieiunijs. Postremo cōpertum habes ministerium eis creditum, haud prius expletū fuisse, q̄ ista p̄fecissent. Nā quū ista consummaissent Lucas narrat eos Antiochiam rediisse, unde & traditi fuerant gratiæ dei in opus (ut ait) quod ipsi compleuerunt.

XXIII

Marci. 3.

Iohan. x.

**P**raelatus rite uocandus est.

¶ Perpicuū est igit̄ Barnabā & Paulū fuisse uocatos, ordinatos, & missos, nec dissimiliter postea uocasse, ordinasse, & misisse cōplures alios. Verū quid moror? Chrūs ipse primos ap̄los ita uocauit, instituit, & misit. Sic em̄ Marcus paucis tradidit. Ascēdit (inquit) in montē Iesus & uocat ad se q̄s uoluit ipse. Ecce uocatio. Et fecit duodecim ut essent secū. Ecce institutio. Et ut emitteret eos ad p̄dicādū. Ecce missio. Quisq; nō ita uocat, ordinatur, & mittit̄ per ostiū haudquaq; intrat in stabulū ouīū, neq; huic aperit ostiarius, sed plane fur est & latro. Nā præter Christū uenit a seipso missus. Et tales haud dubie fures sunt & latrones. Omnes (inquit) quotquot añ me uenerūt, id est, qui propria authoritate & priusq; Chrūs eos uocauerit irruunt in caulas, fures sunt & latrones. Dilucidū est igit̄ ex scripturis q̄ nemo legitime pastoratus officiū exercet, nisi per ecclesiæ præsidis rite uocatus ordinatusq; fuerit atq; missus. Neq; potest, honore saluo, Lutherus ab hoc axiomate dissentire, quū tā aperte subscripserit eidē. Sic em̄ in commentarijs ad Galathas ait. huc tendūt ea omnia, ut uideas q̄ tā cura Christus ecclesiā suam instituit, atq; muniuit, ne temere quisq; docere præsumeret, nisi ab ipso, uel a se missus sit. Hæc Lutherus. Quibus uerbis abunde subscribit axioma ti nostro, pro cuius ueritate iam satis opinor dictum est.

### SEPTIMVM AXIOMA.

¶ Quotquot ita per ecclesiæ pastores ad pastoratus officia legitime fuerint instituti, non est dubium quin a spiritu sancto pariter asciti sint.

XXIII.



Perpicuū fuit ex proximo superiori, sp̄m sanctū formulā quandā & ritū tradidisse, per quē pastores ordinarent̄. Nā quū essent Antiochiæ (ut diximus)

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XVI

nōnulli prophetæ simul & doctores q̄ sacrificijs & ieiunijs in  
 cūbebant, inter q̄s erant Barnabas & Saulus, iussit illis spiritus  
 sanctus, ut hos in ministeriū, ad q̄d sp̄s eos accersuerat segre  
 garēt. Ecce tāetsi Barnabas & Saulus p̄ sp̄m̄ i ministeriū apo  
 stolicū accersiti fuissent, uoluit tñ eos sp̄s p̄ prophetas & do  
 ctōres, q̄ tū aderāt, segregari. Quod sane uerbū si nihil aliud si  
 gnificet, q̄ simplicē missionē, frustra tot cæremonijs prophe  
 tæ doctoresq̄ tū p̄sentes fuissent usi. Nā ieiunabāt, & p̄cabant  
 atq̄ manus illis imposuerūt. priusq̄ eos dimiserāt. Quocirca  
 manifestū est eos, tūc ap̄los hoc ritu fuisse cōstitutos. Nec est  
 q̄ quisq̄ cauillet Paulū añ fuisse a Christo uocatū. Nā aper  
 tissimis indicijs. partim ex hoc loco, partim ex alijs q̄s dicemus  
 cōpertissimū erit, Paulū iā apostolū ordinatū fuisse. Et primū  
 est q̄ Lucas, eius historiæ scriptor, quū Paulo fuisset addictis  
 simus, nusq̄ tñ ante id tēporis, eū uocauerit Paulū, sed Saulū  
 semp. At protinus, ut fuisset Saulus in apostolatū segregatus  
 Lucas eum perpetuo uocat Paulum.

Acto. 13.

Paulus ordi  
 natus ap̄tus.

Apostoli nos  
 men mutatur

Alterū indiciū est, & nec leue qdē, nēpe q̄ Saulū post cete  
 ros oēs, idē Lucas postremū facit. Sic em̄ in illo capite habet.  
 Erāt autē qdā in ecclia, q̄ erat Antiochię p̄phetę ac doctores  
 Barnabasq̄ & Symon qui uocabat niger, & Lucius Cyrenen  
 sis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ a puero famili  
 aris, & Saulus. Ecce postremo loco Saulus numeratur. Id qd  
 neutiquam fecisset Lucas, si iam pro apostolo Paulus fuisset  
 habitus. Neq̄ enim post prophetas & doctores apostoli sunt  
 locandī, quum dicat ipse Paulus. Et primum quidem aposto  
 los, deinde prophetas.

Acto. 13.

I. Corin. 12.

Tertiū indiciū est, q̄ nusq̄ alibi legit Barnabā fuisse consti  
 tutū apostolum, quem tamen omnes apostolum & esse & ha  
 beri non dubitamus. Quamobrem si tunc Barnabas creatus  
 apostolus fuisset, cur non similiter & Paulus, quū plane con  
 stet ambos in idem genus ministerij fuisse uocatos.

Acto. 13

Quartū indiciū. Quid em̄ opus alioqui fuisset ut in horum  
 emissionē cæteri ieiunarēt & precarent, ac demū illis manus  
 imponerent? Manuū enim impositione, gratia cōfert, ut quū  
 alibi, tum in iisdem actis sæpe legimus.

## CONGRESSVS SECVNDVS

Postremum est, q̄ ipsi tunc potestatem acceperint constituēdi creandiq̄ presbyteros impositione manuum suarū, quē ad modum in sine capitis. 14. satis dilucidum est, ubi sic habetur χειροτονίσαντες δὲ αὐτοῖσ' πρεσβυτέρους κατ'ἐκκλησίαν, hoc est quū ipsi manuum impositione creassent illis per singulas ecclesias presbyteros. Neq̄ manus imponebant solū, uerū etiā ieiunabant, & precabant, ut & illic traditū est. Ieiunijs igiī & precationibus atq̄ manuū impositione presbyteros consecrabant, & consecratos præfecerunt plebi. Porro ut intelligas hoc ipsum non nihil fuisse muneris illis iniuncti, subdit, eos rediisse Antiochiā, unde erant traditi gratiæ dei, in opus quod compleuerunt. Presbyterorū igiī creatio pars fuit muneris & ministerij q̄d illis Antiochiæ credebatur. Nā an nō fuerat cōpletū eorū ministeriū q̄ ad hūc modū presbyteros cōstituisent. Simul & illud aduerte quod Lucas dicit, illos idē fuisse traditos gratiæ dei. Quis em̄ ambigere potest, quū iubente spiritu, prophetæ & doctores tanto studio, hoc est ieiunijs, precationib⁹ & manuū impositione illos ordinassent, quin ab ipso spiritu quiberrima fuissent afflati gratia.

Quo creabānt presbyteri.

XXV

Roma. I.

Questio.  
Ratio.

¶ Ad hæc. Et Paulus ob hanc segregationē gloriæ apud Romanos, segregatū se fuisse in euangeliū dei. Et plane quū ita fuerant dimissi, scriptura tradit eos ab ipso spiritu fuisse tū emissos. Sed inquires, cur Matthias non fuit ad hunc modum ordinatus? Certe q̄ nondū uenisset spūs qui ritum hunc dicebat. Verū postea ritus idē in cæteris passim obseruabatur. Nam (ut diximus) Paulus & Barnabas ieiunijs, & precationibus, atq̄ manuū impositione presbyteros per singulas ecclesias creabant. Quid multis opus est? Omnes huiusmodi presbyteros qui sic, aut per Barnabā & Paulū, aut per alios qui pari potestate fungebant ordinati fuerant, nō dubitauit affirmare Paulus a spiritu sancto fuisse constitutos, & in hoc ipsum quidem ut regerent ecclesiā dei. Propter quod & cōplures presbyteros ex Epheso Miletū ad se uocatos, hunc in modū allocutus fuit. Attendite (inquit) uobis & cuncto gregi in quo uos spiritus sanctus posuit epōs ad regendū ecclesiā dei. Ecce tamen si per manus hominū fuissent in id regiminis constituti, nihil

Aa. 20.

De facta sacerdotij defensione cōtra Luth. XVII.

tamen ueritus est id negotij tribuere spiritui, simul & asserere diuinitus id fuisse factū. Erant igit̃ a spiritu sancto constituti quicūq; siue p̃ ap̃los, siue p̃ eorū successores iuxta ritū legitimū pastores ordinati fuerāt. Sed & quū ætas eadē, ut añ diximus atq; successio nō solū ad hūc usq; diē, sed & in finē usq; sæculi perdurabit, consequens est, ut omnes quotquot per ecclesiæ Conclusio præsides, ad ea munia legitime uocati fuerint, & instituti, non aliter q̃ ab ipso spiritu qui p̃petuo residet in ecclesia cōstituti credēdi sunt. Atq; hæc pro septimo axioma sunt dicta.

OCTAVVM AXIOMA.

¶ Insuper iñdem in suis ordinationibus ab eodem spiritu, gratiæ donum accipiunt, quo reddantur ad opus ministerij sui sanctius ob eundem magis idonei.



Rincipio perspicuū istud fieri potest, ex ipsis Pauli XXVI. uerbis, qui Timotheo scribens, quē nemo nō affirmat a Paulo fuisse constitutū episcopū. Sic ait. I. ad Timo. 4. Ne neglexeris quod in te est donū, quod datū est tibi per prophetiā cum impositione manū auctoritate sacerdotij. Ecce Timotheus auctoritate sacerdotij q̃ præditus fuerat ille, quisquis Timotheū ordinarat, gratiæ donum accepit. Et quis nā is fuit, qui sic Timotheū ordinauit, apertius indicat eplā ad eundē posteriori, cap. I. Commonefacio inquit te, ut suscites donū dei quod est in te, per impositionē manū mearū. Ecce denuo testatur Timotheū, quū is ordinaret, gratiæ donū fuisse consecutū, seipsumq; Paulus prodit ordinatōrē ipsius fuisse. Nā quū ordinaretur quispiā, ordinatores ei manus semper imponebant, ut postea demonstrabimus. Donū itaq; gratiæ Timotheus accepit quū ordinaret a Paulo. Neq; dubiū est quin Paulus id ipsum fieri censuerit de cæteris per alios, qui pari secū auctoritate fungebant. Porro donum istud gratiæ tunc quū ordinaret Timotheus fuisse datū, axioma proximo docebimus, & non quū esset a Paulo baptizatus uti Lutherus cauillatur.

¶ Neq; soli Timotheo data fuit hæc gratia, uerū etiā Tito, XXVII cæterisq; quicūq; per eos ordinati fuerint. Sed & reliquis de

E